



nomini tuo sacrabunt, honori tuo dedicabunt. Expende signatim illa: Totum iure possidens Filii regnum. Cum enim Deipara sit Charissima Christi Mater, & sponsa, par utriusque fors erit, & similis conditio, potestas, Majestas, & honor, una utriusque assignata Empyrea habitatio. Imò, ut Arnoldus Carnot. ajebat de Laud. Virginis; Filii gloriam cum Matre non iam communem iudico, quam eandem.

Arnold.

Empyreum per Sancta Sanctorum designatum.

Hebr. 9. 11.

Ut in loco locaretur Maria, quasi Arca testamenti.

Rom. 3. 25.

S. Iudeph.

Psal. 131. 8. Celebrat David Maria assumptionem in Empyreum Juvenalis.

SECTIO XLV.

Thronus Deiparae regius columna nobis & ignis exiit, ex quo & Israelitas, & Christianos ducat, illuminat, obumbrat, ac protegit.

1107 Hoc ipsa Virgo satis dilucidè fatetur, dum ait: Et thronus meus in columna nobis. In hunc quippe sensum verba hæc interpretantur non pauci. Illis nos splendorem conciliemus. In primis exilat hominibus Deipara ignota: viæ ductrix columna, eos ad Empyreas sedes tuto dirigens, per vias iustitiæ. Propterea Græcis dicta οδὸν ὁδηγῶν οδεγῆτρια id est, viæ monstratrix à verbo, οδῶν, id est, deduco, vel dux sum itineris. Cujus Marianæ nomenclaturæ meminit Nicephorus Gregoras lib. 4. Romanæ Historiæ. Dux omnium appellatur à SS. Ephrem, & Anselmo in Depræcat. ad Virginem. Mariâ illâ Moysis sorore præfiguratam Mariam Dei genitricem, nemo ignorat. Expende quod de illa facer prodit textus Exod. 15. 20. post superatam ab Hebræis mare rubrum: Sumisit ergo Maria prophetissa soror Aaron, tympanum in manu sua: egresseque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris, quibus præcinebat &c. Certè Maria hæc in typum Deiparae fidelium omnium ductricis, gradientibus per desertum præcinebat, præibat, ac præcedebat. Ut enim inter alios, S. Chrysologus Ser. 146. locutus de Matre Virgine: Et ut semper Maria humana prævia sit salutis, populum, quem unde generatrix commisit in lucem, ipsa iure præcessit in cantico. Præcessit quidè ut Hebræorum tunc ductrix, futura item Christianorum ad Empyreas sedes gradientium perpetua viæ monstratrix. Quò spectat illud Numer. 12. 15. ubi de Maria illa prophetissa: Exclusa est itaque Maria extra castra, & populus non est motus de loco illo, donec revocata est Maria. Sed quare non ultra progreditur populus non præeunte Maria? Patet (ait ibi Lyranus) impedimentum itineris ex reverentia ad Mariam. Consultissimè sanè id factum reor, ut portenderetur, absque ductrice Maria Dei Matre, nemini patere ad caelestia regna iter, & à recto itinere Marianam non sequentes tanquam præeuntem columnam.

Via monstratrix Deipara: omnium ductrix ad caelum gradientium.

Exod. 15. 20.

S. Chrysol.

Numer. 12. 15. Sine Ductrice Maria non iit ad astra.

Lyranus.

Cant. 4. 4. Maria insit turris Davidica viam demonstrans.

P. Sanctius.

1108 Cant. 4. Inter alia ab Sponso data Virgini Matri elogium, illud singulare: Sicut turris David collis tuum, quæ adificata est cum propugnaculis. Colli nomine significari totius corporis habitum excelsum, erectum, firmumque nonnulli putant; sed altiori sensu eminentiam Marianæ sublimitatis designari, & virtutum omnium congeriem. Verùm cur Davidicæ turri assimilatur Mariana celsitudo? Certè ex nostri Sanctii, & aliorum mente; Sicut Pharus navigantibus portum, sic turris illa iter agentibus urbem ostendebat. Unde ex Hebræo communis illa translatio: quæ adificata est ad docendum: imò, ut supra statimus, transferri potest: quæ adificata est cum colluctibus globulis, longè latèque radiantibus Soli quàm similibus. Ecce tibi quare Mariana sublimitas assimilatur Davidicæ turri in editissimo montis Sion loco sitæ. Quemadmodum enim turris illa iter agentibus ductrix erat noctu accensis in ea luminaribus, diu ipsâ suâ celsitudine; sic Deipara ob suam sublimitatem eximiam,

Georgius.

Maria, columna illa S. Bonav.

Cretens.

Ma. 2. 2.

Mons fulgens domus Domini Maria, à quo illuminatur.

Ma.

Maria est mons domus Domini lucens, illuminans, Abulens.

Abrahamus filium immolaturus columnam ignis in monte Moria vidit. Maria portendebatur. Burgenf.

S. Bernard.

Maria columna est obumbrans

eximiam, viæ est demonstratrix, qua iur ad astra. Quapropter Georgius Episcop. Nico-medienfis Virginem ita alloquitur: Faciem, tanquam signum aliquod, tolle sublimem; & ad te dirige orbem terræ.

1109 Deinde ex. at nobis Deipara illuminatrix columna gradientibus per hujus vitæ desertum. Sic S. Bonav. in Speculo Virgin. c. 3. Maria & columna ignis in nocte sæculi hujus illuminans nos, imò illuminans mundum multis sue misericordiæ beneficiis. Consonat Cretensis Orat. 2. de Deipara: O columna vivifica non carnalem per lucem deducens Israel, qui fugatur, sed spiritualem, qui deducitur ad inerrantem lucem cognitionis divinis illuminans facibus. Quibus ut splendorem conciliet, vide dicta superius ad illud, Ego feci in celis ut orientetur lumen indeficiens. Adde tamen illustre

Ma. 2. 2. Ista Vaucinum c. 2. 2. Et erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & fluent ad eum omnes gentes. Quod quidem ad Virginem Matrem revocant haud pauci Ecclesiæ Proceres. S. Gregor. Tom. 2. lib. 1. in c. 1. Regum; S. Bernardus Tom. 3. Ser. 11. a. 1. c. 2. S. Andreas Archiepisc. Jerosolym. Ser. de Deipara, Albertus Magnus in c. 10. Lucae, Hugo Cardinalis in Pf. 23. & multi ex recentioribus In epistulis: qui omnes montem Domus Domini nominari hic Deipara Mariam, merito arbitrantur ob culmen supremæ, ac firmissimæ dignitatis, ad quam Deus illum exivit. Premo igitur ad rem nostram voces illos præparatus & fluent. Pro priori habet Lxx. Interpretes ephraim, id est, splendens, & fulgens; ut observat ibi Leo Caltrius. Unde Propocius legit; erit illustris: S. Chrysost.; erit conspicuus & splendens. Erit sanè Mons Marianus, mons splendidus, fulgentissimus, superno lumine plenus, undequaque collucens. Verè erit abundè illuminans Maria: imò & illuminatrix ad omnium illuminationem. Propterea subtexit: & fluent ad eum omnes gentes. Hebraicè, naha, quod est illuminare, illustrare, lumine illustrari. Unde sic efferas: Erit splendens & fulgens, illustris & conspicuus mons Domus Domini in vertice montium, & illuminabuntur ab eo omnes gentes. Biblicè periti observant, fieri in his verbis respectum ad montem Moria, qui mons Domus Domini appellatur 2. Paral. 3. 1. & cap. 3. 15. & Jerem. 26. 18. S. Hieron. in lib. quæst. Hebraic. in Genesim, notat ex Aquila, Moria interpretari lucens, & illuminans. Sic forsam appellatus hic mons, quia (ut refert nec imprecbar Abulens ad c. 22. Genes. v. 2.) secundum quosdam Hebræos, super montem illum, in quo futura erat immolatio Isaac, vidit quamdam columnam ignis Abraham in loco propriissimo, ubi strues lignorum componenda erat. Placet summo opere Burgenfis placitū existimantis in Additione 1. ad c. 22. Genesim, nomen Moria, & nomen Maria, unum & idem esse tū Hebraica formatione, tum significatione: Unde (concludit ille) non incongruè diceretur quòd ille mons sanctissimus intitularetur à B. Virgine. En tibi, quo jure dicatur Deipara columna ignis grato suo splendore nos illuminans, ut metam attingamus beatam, ipsa ductrice.

1110 Rursus, suos obumbrat, tegit, ac protegit magna hæc Mater ad instar columnæ nobis: Maria est columna nobis (ait S. Bonav. in Speculo c. 3.) quia tanquam nubes protegit ab æstu divinae indignationis, & ab æstu diaboli-

æ tentationis, sicut dicitur in Psal. 104. v. 39. expandit nubem in protectionem eorum. Et Cretensis Orat. 2. de Deipara. O nubes tota lucida adumbrans dilectum Dei populum. Duo statuit Bonaventura; primum, Mariam uti columnam nubis nos ab æstu divinae indignationis protegere. Etenim, exardere vel exardescere iram Dei peccatores, Biblica phrasim est irati inflari ignis confurantis, & devastantis omnia. Psal. 2. v. 12. & Psal. 88. vers. 47. Ecclesiastici 16. 7. Num. 16. 35. Imò Sol æstu suo exardescens extat divinae iræ enbiema. Cantic. 1. 5. Nolite me considerare quod fusca sum, quia decoloravit me Sol. Pagninus, Vatablus & alii vertunt, aspexit me Sol. Aquila, combussit me. Theodosio, terrefecit me. Symmachus, torvè inspexit me: id est, defævit in me exæstuantè ira ejus. Ab hoc igitur effervescent e divina indignationis æstu nos chumbat & protegit Deipara Virgo, ne absumamur.

1111 Magnum planè, & omni admiratione dignissimum illud Moyii obiectum rubi ardentis, & incombusti spectaculum Exod. 3. Exod. 3. 2. Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi; & videbat quòd rubus arderet, & non combureretur. Deus ipse erat, qui in senticosa planta cernebatur, verè ignis confuscata planta cernebatur, nec illum circumquaque lambentibus, & exoculantibus flammis stipatum dororans. Quid hoc? addubitat Theodotus Homil. 1. de Nativitate. Quare rubus accenditur, ignis conspiciunt, & tamen quæ ignis natura fert, non operatur? Illuminat, non consumit; abstergit, non incendit; beneficium impendit, poenam non adfert? Respondet argutè & arcanè. Index inter reos demoratur, nec ulli tamen poena irrogatur: iudex præstò est, non judicaturus, sed justificaturus. Præfigurabat rubus ille (ut ajebat S. Chrysologus Sermon. 164.) aculeis malitiæ plenum, & ingratum cultura legis populum. In quem ira Deus exæstians videtur descendisse functurus iudicis munere. Sed ubi divinus rubus portavit & concepit incendium, usque idè temperatur, ut sola illi videatur superesse illustratoria virtus in majorem & gratissimam lucis copiam erumpens. Ut pulchro hoc emblemate portendatur cohibita & repressà Dei ira, quæ in peccatores exardescere: Index præstò est, non judicaturus, sed justificaturus. Et ut Clemens Alex. loquitur: Psalens per rubum. At unde, quæso, acerrimus alioquin iudex tam mitis apparet, ut exardescere ira deposita totus blandiatur, placidè præstat non consumat, sed illuminat; non poenam adferat, sed beneficium conferat? Putaverim adfuisse ibi Virginis Matris Symbolum, sicut lilium, seu rosam inter spinas, levem, blandam, gratam, & sua ineffabili pulchritudine Dei iras temperantem. Certè in flamma diu remanens ignis dicitur divinum apparuisse Numen de medio rubi, Hebraicè de corde ignis, seu in corde ignis, vel rubi; solet enim cor sumi pro medio cuiuscumque rei. Statuimus autem supra n. 347. Deiparam esse & appellari Ecclesiæ cor; juxta interpretationem Hiesychii ad illud Psal. 45. 1. Eructavit cor meum Verbum Psal. 45. 1. bonum, ita scribentis: Dicuntur hæc ex personâ Ecclesiæ, quæ Virginem Deiparam cor habuit, &c. Ubi ergo Deus ignis consumens ad Mariam pervenit, & sibi Virgineam carnem induit, sic iræ flammam temperavit, ut inter-

Dei populum ab æstu divina ira, Cretens.

Cant. 1. 5.

In rubo iudex præstò est, non judicaturus, sed justificaturus. Theodotus.

S. Chrysol. Rubus in gratum populum designabat.

Deipara erat, quæ sunt ira divina incensa perabat.

Ecclesiæ cor Deipara.

Hesich.